

videtur. ad alia igitur progrediar. cur canes  
 canis, cur latrones, cur crudelis plenis  
 bucis appellare et proclamare non erubuit?  
 quia oves deuorat? oves? quare non boues? capras  
 ut non et capros, danulas ut non et mulas?  
 nunquid canis custos est ouium? confirmare  
 hoc pictura canis, pingit enim Apelles aut  
 Zeuxidis quipiam amulus gregem ouium addit  
 etiam canes gregem conseruantes et non dispergentes  
 aspice formatam expressam Natiuitatis Domini  
 effigiem, aspice alias imagines gregem pastorem  
 preseruantes; semper inuenies canes vigiles et gregis  
 custodes pictos, cur autem latrones et crudelis?  
 quod animalia humano generi perniciosa persequatur?  
 quod lupos, gregis ouium vastatores, arfos et  
 leones animalia ferocissima interimat? latro  
 is dicendus est, qui hostes suos debellat? qui  
 aduersarios sibi suisq; omnibus infidians e medio tollit  
 crudelis nominandus est? canum hostis est lupo, hostis  
 est ursus, hostis est et leo, pro quartis latronum  
 numerus extaret, latrones essent inuersi milites.